

SCRIPTA

Numéro Scripta : 2251

Auteur(s) : Raoul Taisson, fils de Jordain Taisson [particulier]

Bénéficiaire(s) : Saint-Sauveur-le-Vicomte, Saint-Sauveur-le-Vicomte (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1188

Action juridique : donation

Langue du texte : latin

Analyse

Charte accordée à l'abbaye de Saint-Sauveur, par Raoul Taisson, après que ce seigneur se fut croisé.

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. Delisle Léopold, *Histoire du château et des sires de Saint-Sauveur-le-Vicomte*, Valognes, Martin, 1867, n° 59, p. 81-82.
- b. Piolin Paul, Sainte-marthe Denis de, *Gallia Christiana in provincias ecclesiasticas distributa, t. XI*, Paris, Palmé, 1874, Instrumrnta ecclesiae Constansis, n° XXVI, col. 252.

Texte établi d'après a

Noverit universa generacio, presens et futura, quod ego Radulfus Taisson, Jordani Taissonis filius, dedi Deo et beate Marie et abbatis Sancti Salvatoris, pro amore Dei et pro salute anime mee et antecessorum meorum, hermitagium Sancte Marie de Columba, cum redditibus ad locum pertinentibus, scilicet decem quarteria frumenti in molendinis meis de Roca et de Columba, et decimam omnis victus domus mee in pane, in carne, in pisce, dum ego dominus vel uxor mea apud Rocam morabimur. Concessi etiam quod monachi ibi Deo servientes habebunt in nemore meo de Columba, liberatione famulorum meorum, sufficienter et convenienter ad ignem suum et ad edificia facienda in loco de nemore meo. Habebunt etiam omnem quitacionem propriis bestiis suis in communibus pascuis et in pasnagiis in nemore meo. Dedit autem abbas et omnis conventus prefate abbacie in perpetuum monachis ibidem Deo servientibus omnem decimam quam habent in molendinis meis de Roca et de Columba. Concessum autem est michi et confirmatum ab omni capitulo quod ibi erunt semper ad minus duo monachi morantes, et quod consilio abbatis et assensu meo monachi ibi mittentur, et nisi honeste continentes et voluntati mee ibi erunt, removebuntur illi, et alii consilio abbatis et assensu meo mittentur in locum. Actum anno Domini M° C°LXXX° VIII° ab incarnatione Domini, in presentia Roberti de Veules, electione capituli et posizione mea tunc presentis abbatis ordinati, et benedicti a Willelmo de Tornebusc, Constanciensi episcopo, anno etiam quo Henricus, rex Anglie, et Philippus, rex Francie, et ego Radulfus Taisson crucem Domini suscepimus. Testibus : Ricardo Foliot, Ricardo Dastinel, Jordano Taisson fratre meo, Ricardo capellano meo, Roberto de Agnevilla.